AÑO XXIX. Octubre 15 de 1887. NUM. 606.

†

# BOLETIN ECLESIASTICO
# DEL OBISPADO DE SIGÜENZA.

Esta publicacion oficial saldrá por un orden regular dos veces al mes, segun disponga el Prelado.

## JUBILEO SACERDOTAL DE SU SANTIDAD.

## SUSCRICION GENERAL.

| | Plas. | Cts. |
|---|---|---|
| *Existencia anterior*................ | 1000 | « |
| Ilmo. Cabildo Catedral y Beneficiados de la Santa Iglesia... | 1100 | « |
| Tribunal Eclesiástico del Obispado.................... | 125 | « |
| Secretaría de Cámara............................ | 25 | « |
| Fieles de la ciudad de Molina...................... | 529 | 75 |
| Una persona piadosa............................ | 50 | « |
| Lucía Pardillo.................................. | 2 | 50 |
| Párroco y feligreses de Cihuela.................... | 10 | « |
| Id. id. de Bordalba.............................. | 7 | 50 |
| Id. id. de Monreal de Ariza...................... | 50 | « |
| Id. id. de Barca y Ciadueña...................... | 21 | 25 |
| Id. id. de Codes................................ | 15 | « |
| Párroco de Labros.............................. | 18 | « |
| Feligreses de id................................ | 22 | « |
| Párroco y feligreses de Mazarete.................... | 17 | 50 |
| Regente y feligreses de Mochales.................... | 25 | « |
| Párroco y feligreses de Luzon...................... | 25 | « |
| Id. id. de Barbacil.............................. | 24 | « |
| Religiosas de Ayllon............................ | 5 | « |
| Vicario de las mismas............................ | 2 | » |
| *Suma y sigue*.............. | 3.074 | 50 |

| | Plas. | Cts. |
|---|---|---|
| *Suma anterior*............... | 3.074 | 50 |
| Párroco de Utande............................... | 2 | 50 |
| Id. de El Sotillo................................ | 2 | 50 |
| Id. de Torrehermosa............................. | 7 | « |
| Id. de Alconchel................................. | 7 | 50 |
| Párroco y feligreses de Cubillejo de la Sierra............ | 11 | « |
| Id. id. de Castejon de Henares...................... | 10 | « |
| Una persona piadosa de Tordesilos..................... | 1 | 25 |
| Párroco de San Vicente de Sigüenza.................... | 10 | « |
| Párroco de Anguita............................... | 6 | 50 |
| Id. de Aguilar de Anguita.......................... | 5 | « |
| Vicario de Religiosas Franciscas de Sigüenza............ | 2 | 50 |
| D.ª Ceferina R. Tierno............................ | 25 | « |
| De limosnas recogidas en el Santo Sepulcro............. | 55 | « |
| D. Cándido Sanchez.............................. | 5 | « |
| D. Bonifacio Martinez............................. | 10 | « |
| Párroco y feligreses de Santa María de Riaza........... | 14 | « |
| D. Aquilino Elegido.............................. | 10 | « |
| D. Benigno de Santiago Fuentes...................... | 25 | « |
| Párroco de Zarzuela de Jadraque...................... | 2 | « |
| Id. y feligreses de Maranchon....................... | 78 | 40 |
| Id. de Ablanque................................. | 15 | « |
| Párroco de Solanillos del Estremo.................... | 15 | « |
| Párroco y feligreses de Rello....................... | 20 | « |
| Id. id. de Algar................................. | 5 | « |
| Id. id. de San Andres del Congosto.................. | 25 | « |
| Párroco y feligreses de Santa Mania de Ariza........... | 20 | 75 |
| Id. id. de San Pedro de id......................... | 12 | 50 |
| Id. id. de Pozuel de Ariza......................... | 5 | « |
| TOTAL.......... | 3.482 | 80 |

## SUSCRICION DEL CLERO Á FAVOR DE SU SANTIDAD.

| | Plas. | Cts. |
|---|---|---|
| *Existencia anterior*....... | 250 | « |
| Dr. D. José Fernandez, Dean de la Santa Iglesia......... | 75 | « |
| Lic. D. Andres Tejedor, Arcipreste................... | 62 | 50 |
| Lic. D. Juan Raposo, Arcediano...................... | 62 | 50 |
| Lic. D. Celedonio Pastor, Chantre.................... | 62 | 50 |
| Dr. D. Manuel Galisteo, Maestrescuela................ | 62 | 50 |
| *Suma y sigue*.......... | 575 | « |

| | Plas. | Cls. |
|---|---|---|
| *Suma anterior*........... | 575 | « |
| Br. D. Ramon Flores, Canónigo........................ | 50 | « |
| Lic. D. Cárlos Rodriguez, Magistral.................... | 62 | 50 |
| D. Santiago Perez, Canónigo......................... | 50 | » |
| Lic. D. Luis Rueda, id............................ | 50 | « |
| D. Juan Pastor, id............................... | 50 | « |
| Dr. D. Federico Espinel, Doctoral..................... | 62 | 50 |
| Lic. D. Pedro Herranz, Lectoral...................... | 62 | 50 |
| Br. D. José Ruiz Rodilla, Canónigo.................... | 50 | « |
| Lic. D. Rafael de Itúrbide, id........................ | 50 | « |
| Dr. D. Mariano Plácido Lopez, Penitenciario........... | 62 | 50 |
| Dr. D. Federico Perez-Juana, Canónigo................ | 50 | « |
| D. Manuel Ciria, Beneficiado......................... | 2 | 50 |
| D. José Perez, id................................ | 12 | 50 |
| Dr. D. Ignacio Adradas, id......................... | 20 | « |
| D. Remigio Plaza, id............................. | 5 | « |
| D. Mauricio Zúñiga, id........................... | 5 | « |
| D. Cesáreo Barandalla, id......................... | 5 | « |
| Dr. D. Valentin Calzada, id........................ | 16 | 62 |
| D. Felix Coba, id................................ | 10 | « |
| D. Felipe Guio, id............................... | 5 | « |
| D. Roman Gamarra, id............................ | 5 | « |
| D. Eulogio Pardillo, id........................... | 5 | « |
| D. Luciano Calvo, id............................. | 5 | « |
| D. Ambrosio Mamblona........................... | 12 | 50 |
| Clero de Molina de Aragon........................ | 130 | « |
| Sres. Sacerdotes de la Casa-Mision.................. | 125 | « |
| D. Aniceto Martinez, párroco de Baños............... | 5 | « |
| Párroco de Jadraque............................. | 5 | « |
| Coadjutor de id................................ | 5 | « |
| Párroco de Luzon............................... | 7 | « |
| Id. de Utande................................. | 2 | 50 |
| Id. de El Sotillo............................... | 5 | « |
| Id. de Torrehermosa............................ | 4 | « |
| D. Hermógenes Malo............................ | 5 | « |
| Párroco de Pinilla del Olmo...................... | 3 | « |
| Id. de Cuevas de Ayllon......................... | 5 | « |
| Id. de Castejon de Henares...................... | 5 | » |
| Id. de Villel de Mesa........................... | 10 | « |
| Id. de Embid de Ariza.......................... | 5 | « |
| Un Párroco................................... | 50 | « |
| Párroco de San Vicente de Sigüenza................ | 2 | 50 |
| Id. de Anguita................................ | 1 | 75 |
| *Suma y sigue*............. | 1.609 | 87 |

| | Ptas. | Cts. |
|---|---|---|
| *Suma anterior*............ | 1.609 | 87 |
| Id. de Aguilar de Anguita.......................... | 1 | 25 |
| Vicario de Religiosas Franciscas de Sigüenza........... | 2 | 50 |
| D. Cárlos R. Tierno................................ | 25 | « |
| D. Cándido Sanchez................................ | 2 | 50 |
| D. Bonifacio Martinez.............................. | 5 | « |
| Párroco de Santa María de Riaza.................... | 3 | « |
| D. Aquilino Elegido................................ | 5 | « |
| D. Francisco de la Obra, Ecónomo de Cobeta............ | 3 | « |
| Párroco de Zarzuela de Jadraque.................... | 4 | « |
| Id. de Solanillos del Estremo...................... | 10 | « |
| D. Crisanto de Diego.............................. | 5 | « |
| Párroco de Algar................................... | 5 | « |
| D. Quintin Navarro................................ | 8 | « |
| D. Mariano Perez.................................. | 5 | « |
| D. Mariano Aguilar................................ | 5 | « |
| D. Alejandro Villanueva............................ | 5 | « |
| D. José María de Grado............................ | 6 | 25 |
| D. Pedro Peralta párroco de Santa María de Ariza......... | 10 | « |
| D. Agapito de Mingo, párroco de San Pedro de id........ | 5 | « |
| D. Quintin Martinez párroco de Pozuel................ | 5 | « |
| TOTAL.......... | 1.730 | 37 |

## LA PROPAGANDA CATOLICA.

Esta excelente *Revista*, que se publica en Palencia, ha visto premiados sus asiduos y utilísimos trabajos con el Breve de Su Santidad, que se inserta á continuacion.

Felicitamos por ello al Sr. Director de la *Revista* y á sus dignos colaboradores, que bien merecen para su empresa la cooperacion de todos los católicos.

## LEON PAPA XIII.

*A todos los fieles de Cristo, que vieren las presentes Letras, salud y Bendicion Apostólica.*

Cuando los que están obcecados por las tinieblas de los errores trabajan con empeño por desarraigar la fe de la verdad católica y combatir la religion cristiana, nada es tanto

de desear como el que los hijos de la luz se muestren denodadamente defensores de la justicia y protectores de la salvacion de las almas. Hemos sabido, y en ello hemos tenido particular alegría, que asi lo hace el presbítero palentino José Madrid Manso, quien con ánimo verdaderamente invencible por las dificultades emplea diversos medios, todos igualmente dignos de alabanza, para promover la gloria de Dios y la salvacion de los prójimos.—Pues merced á su liberalidad y diligencia se han abierto escuelas para la cristiana educacion de la juventud; se han reunido bibliotecas para apacentar saludablemente los ingenios; se han establecido círculos con el fin de fomentar la mútua caridad entre los obreros, y excitar la piedad; se ha enseñado la doctrina cristiana á los niños y promovido la lectura de las sagradas letras ó de excelentes libros.—Mas conociendo muy bien este denodado ministro de Cristo, que todos sus cuidados y todos sus esfuerzos no serán lo que la necesidad reclama, á no otorgarle Dios benignamente su amparo y su auxilio, se ha dirigido á Nos con humildes preces, á fin de que nos dignemos abrirle los tesoros de las gracias celestiales.—Accediendo gustosamente Nos á estos piadosos ruegos, y atentos caritativa y piadosamente á fomentar la religion de los fieles y la salud de las almas con los tesoros celestes de la Iglesia, concedemos misericordiosamente en el Señor, cada año, una Indulgencia Plenaria y remision de todos los pecados á todos los alumnos de las expresadas escuelas que verdaderamente arrepentidos, confesando y comulgando, rogaren á Dios en el dia de la festividad de la Inmaculada Concepcion de la Bienaventurada Virgen María, por la concordia entre los príncipes criatianos, extirpacion de las herejías, conversion de los pecadores y exaltacion de la Santa Madre la Iglesia. Asimismo cuantas veces en la Escuela de Adultos se enseñe la doctrina cristiana, se celebren reuniones piadosas, ó se tengan lecturas cristianas, condonamos á todos los fieles que asistan devotamente trescientos días de las penitencias que les hubieren sido impuestas, ó debidas por cualquier otro concepto, y esto una sola vez al dia.—Concedemos que todas estas indulgencias, remisiones de pecados y condona-

ciones de penitencias, puedan aplicarse tambien como sufragios á las almas de los fieles que hubieren salido de este mundo unidas á Dios por la caridad. Las presentes Letras solamente son valederas por diez años. Dado en San Pedro de Roma bajo el Anillo del Pescador el 30 de Agosto de 1887, el año décimo de nuestro Pontificado.—*M. Card. Ledochowski.*

---

*Roma* 31 *de Agosto de* 1887.

Sr. D. José Madrid y Manso, Director de *La Propaganda Católica.*—PALENCIA.

Muy señor mio y de mi afectuoso aprecio: Tan pronto como llegó á mis manos, presenté á Su Santidad la detallada exposicion con que ha querido V. enterar á nuestro santísimo Padre de las obras de *Propaganda Católica* establecidas en esa ciudad. El Padre Santo, alegrándose mucho con las noticias que V. le daba y que yo mismo tuve el gusto de confirmar, se ha manifestado desde luego inclinado á alentar á V. en la tarea á que viene dedicándose. Al efecto, no solo me ha mandado le comunique la Bendicion Apostólica que V. solicitaba, y que nuestro santísimo Padre quiere sea extensiva para su hermano y constante cooperador, sin exceptuar tampoco del beneficio de ella á los redactores y colaboradores del órgano de *La Propaganda*, sino tambien se ha dignado expedir un BREVE en que se expresa la satisfaccion que ha tenido Su Santidad al enterarse de que procura V. facilitar, muy particularmente á la clase obrera, el cumplimiento de sus deberes religiosos, mediante oportuna educacion, instruccion y otros medios de moralizacion, con que presta á la sociedad civil no menos importantes servicios que á la religiosa. Me cabe, pues, el gusto de enviarle adjunto el citado documento, en que se consigna tambien la concesion de varias Indulgencias para los que en algun modo favorecen el desarrollo de las obras de *La Proganda Católica.* Pero aquí no para todavía la benevolencia del Padre Santo. Pues habiéndose fijado particularmente en la coleccion de *Diálogos* qne V. tiene publicados para desmenuzar

la doctrina católica y rebatir los errores que se propalan contra ella, Su Santidad ha elogiado mucho el celo de V. reconociendo y recomendando la oportunidad de esa clase de publicaciones para el pueblo, pues mientras los beneficios de *La Propaganda* son necesariamente locales, sus *Diálogos de actualidad* pueden hacer mucho bien en todas partes, con solo que tengan la amplia difusion á que son acreedores.

Creo sean de mucha satisfaccion para V. las noticias que le lleva esta carta: anímese pues con la Bendicion Apostólica y el testimonio de particular benevolencia que le da el Papa para seguir trabajando tan provechosamente como hasta aquí en las obras de su *Propaganda*, y no dude del cariño y sincero aprecio que le profesa su afmo. capellan seguro servidor Q. B. S. M.—M. Card. Rampolla.

---

## EL BREVE DE SU SANTIDAD

### Y LA CARTA DEL EMMO. SR. SECRETARIO DE ESTADO.

---

Ahí están. Con letras de oro debían escribirse, pero grabadas quedan con caractéres de diamante en los corazones de los que *de algun modo favorecen el desarrollo de las obras de la «Propaganda Católica»*, porque á todos bendice el Papa: á los redactores y colaboradores de la *Revista* y á los profesores de la *Escuela*, cuya lista no se olvidó de unir el Director á su Exposicion, y cuyos nombres son bien conocidos de nuestros lectores. A la Exposicion acompañaban asimismo las *Memorias*, y consignados están tambien en ellas los nombres de los principales donantes, á cuya generosidad se debe la prosecucion de las obras. Todos, pues, reciben de rodillas la Bendicion Apostólica, todos agradecen de lo íntimo del corazon la merced honrosísima con que el Papa les distingue y todos se consideran desde hoy más y más obligados á hacerse dignos de tan especialísimo favor, trabajando hasta agotar sus fuerzas en el sostenimiento de unas obras que tanto agradan al Papa, lo cual es prenda segura de que son tambien del agrado de Dios. Porque esto es lo que ante todo y sobre todo buscábamos al someter

nuestra empresa á la aprobacion de Su Santidad. Nosotros creíamos obrar bien, porque nos parecía que lo que hacemos responde perfectamente á las necesidades de la época; porque hemos obrado en todo siguiendo las enseñanzas del Papa, que hemos estudiado detenidamente en sus admirables Encíclicas, en sus Discursos y Alocuciones; porque hemos procedido siempre no solo con la aprobacion, sino tambien con la cooperacion de nuestro Rmo. Prelado tan valioso y eficaz como consta á nuestros lectores. Pero ansiábamos ya la aprobacion suprema, la Bendicion del Papa, la más alta é inmediata representacion de la autoridad de Dios en la tierra, y al efecto hicimos en reverente Exposicion un resumen de las diferentes obras de la *Propaganda*, con expresion sucinta pero minuciosa de todos los medios que empleamos en su desarrollo y de los resultados obtenidos hasta la fecha, lo cual ha podido confirmar verbalmente el dignísimo Secretario de Estado de Su Santidad, Emmo. Sr. Cardenal Rampolla, porque cuantas veces solicitamos el honor de ofrecerle nuestros respetos mientras ocupó el cargo de Nuncio en España, otras tantas se dignó preguntarnos con el más vivo interés por el estado de nuestras obras. Y todo, y aun más de lo que pedimos nos lo ha concedido bondadosamente Leon XIII. Las obras de *La Propaganda Católica* tienen desde hoy el sello de la autoridad Pontificia, y nosotros, meros instrumentos de la Providencia de Dios, que tan visiblemente las ha protegido siempre, nos sentimos animados con nuevos bríos, fortalecidos como estamos con las gracias espirituales de que tanto necesitamos, y que Dios por medio de su Vicario tan amorosamente nos concede. Gracias, pues, sean dadas á Dios por cuya única gloria trabajamos. Gracias á su Vicario excelso por cuya libertad suspiramos y por la cual venimos luchando desde el dia en que por primera vez tomamos la pluma EN DEFENSA DE LA UNIDAD Y LIBERTAD DE LA IGLESIA CATÓLICA (1). Gracias á nuestro amadísimo Prelado, á los redactores y colaboradores de esta Revista, á los profesores de la Escuela, á todos los que á su sostenimiento

(1) Este es el lema puesto á la cabeza de nuestra *Revista*.

contribuyen con sus donativos, sin cuya cooperacion nunca hubieramos podido presentar al Papa un conjunto de obras que Dios Nuestro Señor, para demostrar que son suyas, ha querido que se desarrollen y prosperen bajo la visible direccion del más indigno é inútil de los que en ellas toman parte.—José Madrid Manso.

## EX S. CONGREGATIONE CONCILLII.

### RESIDENTIAE ET SUSPENSIONIS.

*Die* 14 *Augusti* 1880.

Compendium Facti. In Oppido sancti Stephani Dioecesis B. Extat Plebania ruralis, cuius Archipresbyter titularis est ipse Episcopus, cura autem actualis ab eo geritur per Oeconomum Curatum, *ad nutum* amobilem.

Munus hoc per aliquot annos obivit Sacerdos P. Verum hic, inconsulto Episcopo, dioecesim deseruit, et inito concursu, animarum curam suscepit archipresbyteralis Ecclesiae in Dioecesi F. et per delegatum Episcopi huiusce dioecesis, in realem et corporalem illius possessionem inmissus est. De hoc certiorem fecit Episcopum B. datis ad eum litteris die 5 Martii 1880.

Haec demiratus Episcopus B. die 9 Martii 1880, Sacerdoti poenam suspensionis a divinis indixit innixus *Tridentino Sess. XXIII, cap.* 16, nisi infra tres dies rediret ad suam Diocesim, et praecise ad Ecclesiam sancti Stephani; sed incassum, spreta per sacerdotem P. Propii Pastoris voce. Aegre id ferens Episcopus, querelas suas S. C. C. detulit die 15 Martii, quibus, tum praedicti sacerdotis, tum Episcopi T. agendi rationem lamentatur, et sequentia proposuit dirimenda dubia.

«I. An praeceptum a Nobis sub die nona Martii, huiusce anni sit apprime observandum a sacerdote P.

«II. An et quomodo ipsemet Sacerdos cogi queat, ut in Dioecesi B. quam citius revertatur.»

Episcopus T. de informatione et voto rogatus respondit:

sese censere ius esse sacerdoti P. oeconomo, ad nutum amovibili, quaeritandi locum meliorem et perpetuum; neque potuisse eumdem excludere a possidenda illa paroecia, ex quo Episcoporum sit rite consulere animabus sibi concreditis.

## DISCEPTATIO SYNOPTICA.

Iura Archipresbyteri. In primis videtur iste iure e propria Dioecesi discessisse et proinde praeceptum Episcopi B. diei 9 Martii ab eo observandum non esse, et hoc non uno ex Capite.

*Et primo.* Nullo iure cautum est, Episcopos posse cogere ad residentiam qui *beneficia residentialia* non habent ad tradita per De Martinis *Resolut. Iur. lib. I. c.* 107 *n. I et seq.* Quod si cogi non possunt ad residentiam stricto iure qui simplicibus beneficiis fruuntur, multo minus cogi poterunt qui nulla beneficia possident, et ad titulum patrimonii Ordines sacros susceperunt, iuxta eumdem De-Martinis *loc cit. n.* 3. Garzia *p.* 3 *cap.* 2 *n.* 4. Pignatell. *Consult.* 56 *tom.* 3 *n.* 22 Porro in casu nostro sacerdos P. nullo vero beneficio residentiali potitur; hinc stricto iure ad residentiam cogi non poterat.

*Secundo.* Ex decreto Concilii Tridentini *Sess. XXIII. cap.* 16 *de Reg.* ad residentiam cogi non poterat sacerdos P. quia nulli Ecclesiae adscriptus fuit. Deest enim huius adscristionis actus, cui suppleri non poterat per munus Eeconomi-Curati *ad nutum* Episcopi, quod idem sacerdos obivit; quia munus hoc non est vere beneficium, quod conferatur in titulum, cum ei desit perpetuitas necessaria ad constituendum verum beneficium. Hinc poterat a Dioecesi propria discedere, etiam repugnante Episcopo, iuxta sententiam Pignatell. *loc. cit. n,* 3. *Garz. de Benefic. par.* 2 *cap.* 5 *n.* 102. *Gallemart. declarat. ad Conc. Trid. Sess.* 23 *c.* 16 *de Ref.* et S. C. C. *in Eugubina* 21 *Ian* 1797.

Nec obstat adscriptio si reapse facta fuit. Nam Tridentinum *in citato decreto* loquitur de iis, qui *inconsulto Episcopo* discedunt. Quod si petita venia, eamque *iniuste* denegante Episcopo, discedant, etiamsi adscripti sint ad resi-

dentiam non tenentur, ex De-Martinis *loc. cit. n.* 8: in quo quidem differt adscriptio Concilii Chalcedonensis ab adscriptione Tridentini, ut late disscerit Benedictus XIV. *de Syn Dioeces lib.* XI *c.* 2 *n.* 8 *et seq.* Nam requiritur *iusta causa* denegandi discessum adscripto, cui praetera tenetur congrue providere Episcopus ex Nicoglio *Lucubr. Can. lib. I.* § 22 *n.* 3 et Card. De-Luca *discurs.* 2 *adnot. ad Conc. Trid. n.* 4 Quod si sacerdos P. veniam ab Episcopo non petiit, hoc fecit, non ob aversionem erga proprium Pastorem; sed quia certo sciebat, Episcopum eam *iniuste* denegaturum; prout ipse manifestavit in Epistola ad Antistitem T.

*Tertio.* Ob tenuitatem praebendae sacerdos P. ad residentiam cogi non poterat. Nam in iure cautum est, quod ad residentiam non cogit praebenda, quae adeo tenuis est, ut ne id quidem, quod ad vitam necessarium est, suppeditet. Ad in casu nostro emolumentum, ab Episcopo sacerdoti P. assignatum, impar erat ferendis tum ipsius, tum familiae necessitatibus, prout ipse in citata epistola ad Antistitem T. exposuit. Nimium hinc durum esset. ut residentiae onere gravaretur sacerdos hic qui ex sua prebenda curata *ad nutum* Episcopi, victum consequi nequid; cum e contra iustitiae et aequitati consonum sit, ut qui Altari inservit de Altari vivere debeat. Hoc in casu Praebendatum ad residentiam non teneri docuit Card. Petra *Ad Cons. Apost.* in Const. Innocent. XII. et s. Congregatio *in Veliterna* 21 *Sept* 1816.

Cum itaque sacerdos P. alicui Ecclesiae non adscriptus, neque ullo beneficio donatus, quo lege residendi obstringatur, iis Clericis accensendus videatur, qui *sui iuris* sunt, ac libere pro lubitu, Episcopo etiam inconsulto, possunt a dioecesi discedere, ex sacri huius Ordinis decreto, quo edixit die 5 Decembris 1574, *in una Ariminen. Clericum, qui certo loco non est adscriptus, ab Episcopo suo invitum non posse retineri, ne a sua Dioecesi recedat, et alibi parochialem accipiat.* Quod quidem ex aliarum quoque Congregationum responsis, apud ecclesiasticae disciplinae interpretes asserit esse receptum Girald. *in Thes. de poen. par.* 2 *ver. Resid. Lauren. Ius. Can. lib.* 1 *tit.* 22 *num.* 92.

*Quarto* denique: datό etiam, quod neque ex deficientia veri Beneficii residentialis, et alicui Ecclesiae adscriptionis, neque ex tenuitate emolumenti erui possit, quod sacerdos P. se a iurisdictione Episcopi B. eximat. eiusque ad propriam Dioecesim illum revocantis iussa declinet; tamen ex alio capite, scilicet ex nullitate decreti diei 9 Martii 1880 ad obtemperandum Episcopi praecepto cogi nequit. Et revera, sacerdos P. ad Archipresbyteratum adscitus, eius possessionem rite inivit, et proinde Antistitis T. subditus evasit.

Porro in iure statutum est, ut suspensio suam vim habeat, opus esse, ut qui eam irrogat, potestate irrogandi polleat. Atqui Episcopus B. sacerdoti P. eamdem intimavit extra suum territorium, ubi ipse Archipresbyteratus officium exercebat, adeoque impune eidem non parere permittebatur. Ergo concludi potest, sacerdotem P. ab Episcopi B. obedientia esse liberum, et proinde praeceptum diei 9 Martii observare non teneri.

Iura Episcopi. Ex altera parte plura occurrunt, quae iura Episcopi B. tuentur. Et primo quidem Concilii Chalcedonensis sexti constitutio, quam Tridentini Patres renovatam voluerunt, statuit, ut Clerici universi, statae cuidam Ecclesiae adscribantur, ipsique operam ita assiduam praestare debeant, ut qui locum, *inconsulto Episcopo*, deserant, sacrorum exercitio sint interdicendi, Conc. Trid. *Sess. XXIII*, *cap.* 16 *de Ref.*; et licet ex Bened. XIV. monitu adscriptio ista diversa sit ab illa, quam antiqui canones faciendam praescripserunt, constat tamen, clericos inde districte prohiberi, ne *invito Episcopo* alio secedant. Et hoc etiam in Concilio Romano comprobatum est, *Tit.* 6 *cap.* 6: atque ita pluries a S. C. C. et vetustis et recentioribus responsis fuit diserte sancitum; Senogallien. 19 *Aug.* 1592, Ostunen. 20 *Ian* 1616. Amerina 8 *Mais* 1756, Nucerina 5. *Sept.* 1818, Reatina 26 *Ian.* 1833.

Cum igitur ex dictis pateat, sacerdotem P. Ecclesiae Archipresbiterali in Oppido s. Stephani opperam suam tamquam animarum rectorem navasse; quae res plusquam simplicem adscristionem importat, aperte patet, nullo iure, ipsum praefatam Ecclesiam deserere potuisse, et proinde

Episcopum B. usum fuisse iure suo, cum illum censuris ad residentiam revocavit. Et quamvis complura per nonnullos auctores afferantur, quibus adversus testatissimum hoc episcopale ius asseritur, *Clericos, qui non habent beneficium in titulum praecisum et personalem residentiam requirens, discedere posse, et ire quo velint, neque* Episcopos dimissorias literas eisdem posse denegere; atque in hanc sententiam nonnullas veteres S. C. C. resolutiones affarant; tamen Fagnanus monet *cavendum esse ab id genus collectoribus*, ipsorumque sententiam citato Conc. Trid. decreto prorsus adversarı contendit in cap. *Admonet n.* 15 *de Renunciat.* Quia Clerici servitio alicuius Ecclesiae adscripti, et pro eiusdem Ecclesiae necessitate seu utilitate ordinati, habentur tamquam servi, aut coloni glebae addicti, qui sine Domini venia fundum deserere nequeunt, hinc nec discedere possunt ab Ecclesia, neque recedere ab obligatione cum ea contracta; ideoque potest Episcopus literas dimissorias eis negare, Menoch. *de arbit. cas* 422. *n.* 3, Garzia *de benef. p.* 2 *cap.* 5 *n.* 102, s. Congregatio in Reatina 26 Ianuarii 1833, s. Cermani 12 *Augusti* 1871 § *Verum.*

Frustra autem adducitur S. C. Congregationis resolutio in Ariminen. 5 *Decemb.* 1574; quia haec resolutio de Clerico edita est, qui certo loco nullatenus adscriptus fuerat: *adscristum* quippe *retineri posse invitum*, eodem decreto s. Congregatio mandavit. Sed ex Ordine sacerdotali, quem in Dioecesi B. suscepit sacerdos P. argui debet, eum Ecclesiae suae et praesertim Ecclesiae sancti Stephani, quo in loco natus est, addictum fuisse atque per hanc adscriptionem legi Tridentini omnino satisfactum, etiamsi id ex actis demostrari non possit, quia quidquid gestum est, iure, et secundum legem factum praesumitur, nisi contrarium evidenter demonstretur.

Et data etiam hypothesi, quod sacerdos P. in sua ordinatione alicui Ecclesia adscriptus non fuerit, nihil tamen id ei prodesset. Nam iuxta Const. Innoc. XIII incipientem *Apostolici Misterii*, datam ad instaurandam ecclesiasticam disciplinam in Regnis Hispaniarum, et a Benedicto XIII per aliam Const. quae incipit *In supremo* ad universos Ecclesia

Antistites extensam, unusquisque, qui alicui Eclesiae adscriptus in s. Ordinatione non fuerit, debet a proprio Episcopo postmodum adscribi. En Apostolicae Constitutionis verba: «Quod si qui modo reperiuntur vel ad ordines sive minores sive maiores iam promoti, qui nulli certae Ecclesiae aut loco pio adscripti fuerint, Episcopi adscriptionem huiusmodi vel a seipsis vel a praedecessoribus suis omissam, statim suppleant. Ergo etiamsi huiusmodi adscriptio in Ordinatione sacerdotis P. omissa fuerit; potest nunc ab Episcopo B. suppleri.

Antiquiores resolutiones S. C. C., quibus edicitur, quod *Clericus, qui certo loco non est adscriptus ab Episcopo suo, invitus non potest retineri, ne a sua dioecesi recedat, et alibi parochialem accipiat*, eo sensu accipiendae sunt, quod Episcopus non possit Clericos invitos retinere sine iusta causa, et nisi eisdem de congrua substentatione provideat, Card. de Luca *disc.* 2 *Adnot. ad Conc. Trid. n.* 4, s. Congregatio in *Nucerina* 5 *Septemb.* 1818; quae conditio in posterioribus resolutionibus semper invenitur appossita, ut videre est in Reatina 26 *Ian* 1833, s. Germani 12 *Augusti* 1871.

Iusta autem causa habetur, ut quis Dioecesi serviat quando adscriptio uni tantum Ecclesiae facta est: et cum Ecclesia, cui quis adscriptus est, sit omnino destituta, tunc cogi potest ad residentiam etiam simplex Sacerdos adscriptus, etsi residentiale non habeat beneficium; De-Martinis *Resolut. iur. lib. I cap.* 107 *num.* 4. Hanc necessitatem in facto militare pro Ecclesia s. Stephani probat ipse Episcopus ad S. C. C. scribens.

Perperam porro ad sacerdotem P. ab Episcopi B. iurisdictione eximendum recurritur ad nullitatem decreti diei 9 Martii 1880. Nam certum est presbyterum istum ab Episcopo B. fuisse ordinatum ac proinde ei subditum effectum. Et subditus effectus est non personae, sed Episcopo, et Episcopo quidem quatenus iurisdictionem exercebat in Dioecesi B. in qua sacerdos P. ortum habuit, ordinationem suscepit et e qua discessit.

Quandoquidem in iure exploratum est, quemlibet subditum, absque licentia et consensu superioris sui, ab eius auctoritate subduci haud posse. Natura siquidem dominii im-

portat, ut qui rei dominus est, de eo pro lubitu suo disponere, et eam a quocumque sibi vindicare valeat. Porro sacerdos P. Episcopi B. subditus est titulo sive originis, sive domicilii. At certum est, Episcopum regulariter posse suspensionem inferre proprio subdito, qui sit etiam extra propriam Dioecesim, si absit iudicii strepitus. Nam si a proprio Episcopo suspensio feratur *per praeceptum particulare*, tunc hac censura ligabitur subditus etiam in aliena Dioecesi commorans, quia praeceptum inmediate affici personam ubicumque sit. Ita censet Scavini *lib. I. tract. IV disp. III de censuris cap. I.*, qui in suis adnotationibus dicit, quod remanet suspensus sacerdos, etiam in aliena Dieecesi, si delictum censeatur commissum in propria Dioecesi, uti est de censura lata in eos qui non resident; vel si Episcopus censuret Clericum, qui tali Ecclesiae assistere debeat, et extra Dioecesim sit, et renuat assistere; et ratio est, quia peccatum non residentiae intra proprium territorium censetur consummari. V. Ligori *Homo Apost., tract. XIX n. 5 et Op. Mor. l. VII n.* 22. Igitur suspensio *per praeceptum particulare* lata in sacerdotem P. qui Ecclesiae s. Stephani asistere debebat, et renuebat, valida est. etiamsi in Dioecesi T. moraretur.

Denique ad Episcopi ius magis magisque firmandum; adduci potest praxis S. C. C. quae in similibus casibus semper declaravit, sacerdotes auctoritati episcopali rebelles censuris cogi posse, ut ad propriam dioecesim quantotius revertantur. Duas speciminis gratia adducam facti species: Prima sit *Nucerina Residentiae et suspensionis* 29 *Sept.* 1818. In ea agebatur de Gervasio Aleandri, oriundo e Dioecesi Nucerina qui in Dioesesim Tudertinam sese contulerat, ibique Rectoris et Rectoris munere in Seminario fungebatur. Hic contendebat, se non potuisse a propio Episcopo in dioecesi retineri eo quod nulli Ecclesiae in ordinatione esset adscriptus. Tamen S. C. C. statuit, sustineri decretum suspensionis in eum ab Episcopo Nucerino latum, et praeceptum quo illum ad suam diocesim revocabat, *dummodo Episcopus provideat Aleandrum de congrua in Dioecesi substentatione.*

Altera sin *Reatina Residentiae* 26 *Ianuarii* 1883. In ea

sermo erat de Gaspare Britio e Dioecesi Reatina, ab eius Episcopo ad primam tonsuram initiato, tum inter alumnos s. Vicentii a Paulo Romae cooptato, atque ab Emo. Urbis Vicario ad minores et sacros ordines promoto, adsignato eidem a parente patrimonio in agro Reatino. Post aliquot annos sacram iliam familiam deseruit et in patriam reversus, munus docendi pueros suscepit. Quinto post anno, ed Archipresbyteratum in Oppido Montis Boni Sabinensis Dioecesis, facto feliciter periculo, ab Emo. Sabinensi Episcopo assumtus est, atque in possessionem expeditis Apostolicis literis, immissus, et Vicarii etiam foranei munere deinde cumulatus. Verum renuente Episcopo Reatino facultatem discedendi eidem concedere, imo eumdem revocante, S. C. C. eum ut rediret, cogi posse respondit, *dummodo de congrua eide, ab Episcopo provideatur.*

Hisce rite perpensis remissum fuit EE. PP. iudicio sequens dirimere.

DUBIUM,

*An sustineatur dispositio Episcopi B. die* 9 *Martii* 1880 *edita, ita ut et quomodo sacerdos P. ad propriam diocesim redire teneatur in casu.*

*Resolutio.* Sacra C. C. sub die 14 Augusti 1880. recognita, censuit respondendum:

*Affirmative in omnibus, dummodo de congrua eidem Sacerdoti ab Episcopo, provideatur.*

Ex quibus colliges:

I. Neminem latere, presbyteros fieri Épiscoporum subditos per sacram ordinationem; et subditos, absque superioris assensu, nequire ab eius auctoritate sese subducere.

II. Ideo posse Episcopos districte prohibere ne clericos alio secedant, eosdemque, etiam invitos, retinere, dummodo adsit iusta causa et ipsos de congrua substentatione provideant.

III. Pariter esse in potestate Ordinariorum interdicere sacrorum exercitium clericis alicui ecclesiae adscriptis, ac, eo inscio, recedentibus, vi Tridentini Sess. 23 cap. 16 aientis «quod si locum, inconsulto Episcopo, deseruerit ei sacrorum exercitium interdicatnr.»

IV. Praxim S. C. C. in similibus casibus declarasse, sacerdotes auctoritati episcopali rebelles, censuris cogi posse, ut ad propriam diocesim quantocius revertantur.

V. Neque dubitari posse, censuram latam per «praeceptum particulare» in personam ligare subditum, etiam commorantem in aliena Dioecesi: censura enim, hoc modo lata. sequitur personam ceu umbra corpus.

VI. Sacerdotem in themate, subditum sui Episcopi per domicilium et sacram ordinationem, adscriptum propriae ecclesiae, quam uti pastor regebat, iure interdictum fuisse a sacrorum exercitio, donec ad propriam rediret paroeciam, quam inscio Episcopo deseruerat.

*Sigüenza.—Imprenta y Librería de Manuel Pita, Mayor,* 8 *y* 41.